



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1625**

§. 1. Quæ sint consideranda vt bona sequatur electio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39637**

rem diuinæ voluntatis ei impriment. Quare qui hanc cognitionem ablique resignatione obtinere contendit, imo in alteram potius partem inclinat, facile decipietur; existimans esse Dei inspirationem, cum potius sit instinctus proprij spiritus, ad id quod ipsi arridet propendens. Quemadmodum S. Augustinus de matre sua Monica refert, quod cum vehementer optaret filij sui matrimonium, occurrabant illi visiones & reuelationes circa illud, ortas ex ipsius desiderio, & non à diuino spiritu, quemadmodum alio loco est dictum.

HIS IMPEDIMENTIS remotis, aptissimum medium ad diuinam voluntatem cognoscendam, est ORATIO humilis, importuna, & confidens; qua agnoscamus ratiocinationum nostrarū exilitatem, defectumq. cœlestis luminis, quod nos ex his dubiis solet expedire; & speremus, Dominum illum, qui à sapientiam affluerter tribuit, eam cum hac confidentia potentibus, nobis etiam daturum. Ad quod idem Dominus per Prophetam suum horatur nos dicens: b clama ad me, & exaudiam te: & annunciaro tibi grandia, & firma, que nescis: & ob eandem causam Rex Ezechias ei dixit: c cum ignoramus, quid agere debeamus, hoc solū habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Et quarauius medium hoc Orationis ad omnia valeat, præcipue tamen ad hoc de quo nunc agimus. Sæpe enim (vt S. Gregorius insinuat) diuina prouidentia constituit nobis dare Statum & Officium, quod nobis expediat, per ipsas orationes proprias, aut aliorum: vult enim orationibus sollicitari, vt sua consilia executioni mandentur: quemadmodum propter orationem reliquorum Apostolorum, manifestauit electionem d Matthiae, & S. Franciscus vi multarum orationum obtinuit cognitionem eius, quod Deus de illo statuisse, tam quo ad fundationem & Statum sue Religiosis; quam quo ad officium concionandi & agendi cum proximis.

#### §. 1. Quæ sint consideranda, ut bona sequatur electio.

UT ORATIO opratum obtineat effectum, plurimum refert, considerationem illi & meditationem adiungere aliquarum veritatum, quæ disponunt ad certam cognitionem habendam diuinæ voluntatis: accepto interim tempore & loco quieto, ut magna attentione ad id solum attendatur. Ita Sanctus Bernardus consuluit cuidam de eligendo Statu cogitanti. si cupis, inquit, cæli vocem audire, dulciorē melle & fauo; & si vis bene præparare interiorem auditum, fuge exteriorem strepitum, ut possis dicere cum Samuele, a loquere Domine: quia audiſ seruus tuus: attende, quod hæc vox non sonet in plateis, nec auditur in publico: quia consilium secretum audiencem requirit secretam: quam si (vt oportet) audiueris, banditui tuo dabit gaudiū & letitiam. Hoc modo se præparabat David, cùm dixit: c andiam quid loquatur in me Deus, quia loquetur pacem in plebem suam, &

Tom. 2.

G

super

Amates si-  
bi somnia  
singuunt.Lib. 6. Con-  
fess. c. 13.  
Ducis Spiri.  
Tract. 1. c.

24.

2.  
Oratio.

a Jacob. 1. 5.

b. Iere. 33. 2.

c 2. Par. 20

12.

Lib. 1. Did.  
1. 8.

d Act. 1. 24

2.  
Meditatio.

Epist. 107.

“ “

“ “

“ “

a 1. Reg. 30

“ “

“ “

*Super sanctos suos, & in eos, qui convertuntur ad eorum significans, quod Deus non loquatur ijs, qui extra eum sunt in res externas effusi; sed ijs, qui se recipiunt ad interna cogitanda.*

IN HAC igitur recollectione poteris considerare duo genera rerum ad statum illum pertinentium: quasdam *communes* & *generales*, alias vero *speciales*. Generalium illa est *principia*, ut verus omnium electionum nostrarum *finis*, & omnium Statuum, & Officiorum huius vitae bene perpendatur: in quem omnia *media*, & consilia quae acceperis, sunt dirigenda: qui finis est, *majus Dei gloria, propria salutua, & spiritalis perfectus*; & *universalis Ecclesia bonum ac proximorum, qua parte illud spectant*. Ita tamen, ut cum de salute agitur, bonum proprium preferatur alieno, nam d<sup>r</sup> quid prodesse tibi totum mundum lucari, si anima tua detinatur *patria*? non vult enim ipse Dominus, te anima tua iacturam facere, ut alios salvus: quamuis, si utrumque bonum assequi possis, finis erit excellentior. Ex quo efficitur, te illum Statum & Officium eligere debere, quod, omnibus circumstantijs tuae personae attentis, magis te poterit iuuare ad eum finem consequendum, tuamque salutem reddendam securiorem.

*Finis elec-*  
*tionum.*

*d Matt. 16,*  
*20.*

*I.*  
*Memorare*  
*nouissima.*  
*Tract. 1, 15.*

*Morituri*  
*Iudicium*  
*Sincerum.*

NE AVTEM huius vitae bona te excæcent, aptissimum est consilium eodem tempore tibi ante oculos proponere, ipsam *moris* horam; & exactam rationem quam Deus a te exigit, cum veneris ad *iudicium*, quem admodum in primo Tomo est declaratum. Et, cum hoc bene perpendenis, dabitis operam diligentem, ut superfluas omnes *temporalium* terum affectiones ita exuas, atque si mox esses illas relicturus. Et quemadmodum velles ab eis esse expeditus in hora illa adeo acerba. In hac igitur nuditate & indifferentia, perpendes, quodnam consilium, ac iudicium in illa hora constitutus, velles te fuisse fecutus; quem Statum, quodnam Officium te velles elegisse? & persuadeas tibi, iudicium illius horæ esse rectissimum, & expedire tibi eam vitae rationem nunc eligere, in qua velles te a morte deprehendi. Et cum forte illa ipsa dies, in qua Status electionem feceris, futura sit vita tua ultima: rectissimum est, talem nunc facere, quam tunc fecisse velles. Quod si iustitiae velis iudicia & sensa eorum, qui sunt in illo transitu, deprehendes multos coniugatos, qui optarent fuisse se Religiosos; multos Principes, qui magnæ sua felicitati tribuerent, quod fuissent unusquispiam ex plebeis; & multos Prelatos, qui melius sibi fuisse existiment, si fuissent subditi: contra verò multi Religiosi, & Continentes, & alij, qui in humili Statu vixerunt, valde erunt sua sorte contenti, in qua utiliter vixerunt, & cum lætitia moriuntur. Ex quibus exemplis frumentum & utilitatem accipiens, magnæ erit prudentia, talem vitæ rationem nunc

nunc eligere, ut tunc non te pœniteat, illam elegisse: sed exultes potius, De-  
umque glorifices, quod te ad eam vocauerit. His considerationibus San-  
ctus Gregorius cuidam nobili Viro, optanti ut Cæsar eius operâ in publi-  
cis aliquibus Officijs vteretur, suadebat ut diligenter attenderet, quid eli-  
geret, & illud postea eligeret, quod ad suam salutem esset tutissimum: sic er-  
gò: cur magnifice fili non consideras, quia mundus in fine est? omnia vr-  
gentur quotidie. ad reddendas rationes æternō & tremendo Iudici duci-  
mur: quid ergo aliud, nisi de aduentu illius cogitare debemus? vita enim  
nostrā augant̄ est similis: is namque qui nauigat, siue stat, sedet, aut iacet,  
semper vadit, quia impulsu nauis ducitur. Ita ergo & nos sumus, qui siue vi-  
gilantes, siue dormientes, siue tacentes, siue loquentes, siue ambulantes,  
volentes & nolentes per momenta temporum quotidie ad finem tendi-  
mus. Cum igitur finis nostri dies aduenerit, ubi nobis erit omne quod mo-  
dò cum canta cura quæritur, & cum sollicitudine congregatur? quare si bo-  
na quaerimus, illa diligamus, quæ sine fine habebimus: si autē mala pertime-  
scimus, illa timeamus, quæ à reprobis sine fine tolerantur. Hoc ipsum ve-  
to, quod sis in obsequio pijissimi Principis, quanta est mentis occupatio  
cum desiderio terrenæ gratiæ obtainendæ? & quantus timor, ne hæc eadem  
gratia perdatur, si adepta fuerit? perpende ergo, quæ pœna sit, aut prospe-  
ritatis desiderio fatigari, aut aduersitatis timore pauescere. vnde magis sua-  
deo, ut in hoc breui peregrinationis tempore studeas, quietam ac tranqui-  
llam vitam ducere, sacris Lectionibus vacare, cœlestia verba meditari, in æ-  
ternitatis amore te accendere, de terrenis rebus secundum vires bona o-  
pera agere, & regnum perpetuum in eorum remuneratione sperare. sic au-  
tem vivere, iam in æternitatis vita partem habere est. Hæc fili loquor, quia  
multum te diligo, & quia in procellas & fluctus cordis tendis, verborum  
meorum funibus te ad littus reuoco: & si trahentem sequi volueris, quæ  
pericula euaseris, quæ gaudia inuenies, in ipso quietis tua littore positus,  
agnosces. Hæc omnia S. Gregorius,

**SED QVONIAM** omnes hæ rationes valdè sunt generales, operæ pre-  
tium erit, signa etiam *particularia* attendere, quæ usui esse possint ad  
diuinam vocationem & voluntatem agnoscendam circa reū eligendam.  
Hæc autem & multa sunt, & varia. alia enim fundamēntum suum ha-  
bent in conditione, & naturali constitutione; alia in educatione ab ipsa  
infantia; alia in varijs necessitatibus occurrentibus, & in particularibus  
gratijs, talentis, & propensionibus naturalibus, aut supernaturalibus, quas  
Deus Dominus noster impertivit: quemadmodum in præcedentibus  
capitibus est indicatum. Et hinc sit, ut si ratiocinatione agatur, censendum

2.  
Particula-  
ria signa di-  
uina voca-  
tioneis us-  
us.

*Propensio &  
talentum  
specienda.*

*c Eccles. 7.6*

*Lib. 1. Offic.  
c. 44.*

*f Eccles. 37.  
30.*

*g 1. Cor. 6.  
32.*

*3.  
Suprà.*

sit bonum indicium, quod Deus ad eum Statum & Officium non vocet, i quo homo naturalem habet auersionem & horrorem; deestque illi talentum & facultas ad præstandum, quod talis Status requirit, maxime si sit perpetuus: & quando reuera non est talis facultas & aptitudo, nec pignus aliquod aut spes est eam habendi, certum indicium est, nolle Deum vilm eligas. Et propterea declarauit Ecclesia, non esse matrimonij capaces eos, qui natura sunt impotentes ad generationem, quæ finis est proprius illius Status. Et Spiritus Sanctus monet, *e noli quarete fieri Index, nisi valeas virtute irrumperem iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in equitate, & anima tua.* Contta verò, si adsit propensio & talentum, siue facultas (vt dictum est, bona est inter alias conjectura, quod Deus ad id vocet, ad quod bona hominis inclinatio illum dicit.

P R A E C L A R E hoc expendit S. Ambrosius his verbis: *vnuſquisque ſuum ingenium nouerit, & ad id ſe applicet, quod ſibi aptum elegerit. Itaque quid sequatur, prius conſideret. Non ſolum nouerit bona ſua, ſed etiam vitia cognoscat: æqualemque ſe iudicem ſui præbeat, ut bonis intendant, vitia declinet. Alius diſtinguenda lectioni aptior, alius psalmo gratior, alius ſacrario oportunior habetur: Hæc omnia ſpeſtēt Sacerdos, & quid cuique congruat id officij deputet. Quo erenim vnumquemque ſuum ducit ingenium, aut quod officium decet, id maiore implet gratia. Hæc S. Ambrosius, quæ fundaſtētum habent in coſilio Ecclesiastici dicentis: f Fili in vita tua tenta animam tuam: & ſi fuerit nequam, non des illi potestatem, aut (alia Lectio habet) attende, quid fit malum; & ne illi illud der. non enim omnia omnibus expediunt, & non omni animæ omne geniu placet; quafi diceret: experire & examina varijs probationibus & experimentis propensionem, talentum, & vires animæ tuæ: quod ſi videris illam ad malum propendere, non des illi libertatem, ſed da illi Statum & occupationem qua refrenetur: attende diligenter, quid illi noceat, & ne illi des illud, ne que decipiaris ſpecie aliqua bonitatis. licet enim multi Status & occupations ſint bonæ, g non tamen omnes omnibus conueniant. tua autem pluſium refert eam eligere, quæ tibi ſit futura maximè commoda.*

E X Hoc iacto principio colligit S. Ambrosius *duo* monita contrā duplēcē abuſum in hiſ electionib⁹. *Primum* eſt: nullum hominem prudentē debere eligere Statum aut Officium, eo ſolo nomine, quod Parentes aut maiores iphiſ illud habuerint: nam non ſemper filij eadēm habent propensiones, & talents, quæ habuerunt Parentes; & ſapè, quod expedit Patri, nocebit filio; & quod vni fratri eſt commodum, alteri eſt incommodum, etiamſi ſint gemelli ex eodem partu, quemadmodum Elau & Jacob. Et quamuis negari non poſſit, educationem filiorū, moresq; quoſ docent

docent eos Parentes ab infantia, & bonum exemplum, quod in eis vident, illos allicere, ut sequantur: quando tamen non inclinant ad Statum & Officium parentum; sed potius ad alia, quia talenta & dotes habent ad illa: non debent cogi, ut faciant contrà suam bonam inclinationem, sediuari portius, ut illam sequantur. si enim cogantur Statum luscipere contrà suam inclinationem, etiam si alioquin Sanctum, qualis est Religionis aut Sacerdotij: timendum est infelix euentus. Quamobrem Concilium Tridentinum pœnam statuit excommunicationis in eos, qui filios aliasue virgines aut viduas cogunt religionem intrare; aut sine iusta causa bonum illorum ad id desiderium impediunt. Eadem quoque pœnam infert illis, qui suos subditos aliasue personas cogunt matrimonia inire contra suam voluntatem: quia eadem incommoda sunt timenda.

SECUNDVM documentum est, quod ad huiusmodi electiones faciendas non sint oculi præcipue coniiciendi in applausum & opinionem hominū, nec in delectationem sensuum: sed in maximam conuenientiam Status aut Officij cum nostra salute: etiam si parui illud fiat, aut alias non arrideat. Multi (ait hic Sanctus Doctor) fugiunt aliqua officia Ecclesiæ, siue quod gravitas, & pondus exercitiorū eos terreat; siue quod in iuuentute sit difficilis temperantia; aut quod dedignantur rationem vita sequi, quam iudicant esse abiectam; inclinant verò ad studia & exercitia, quæ in mundo pluris fiunt, & sunt in honore, & præponunt præsentia futuris. Nos autem valde à via incedimus, dedicamus enim nos futuris, non tanti facientes præsentia; & quo maius est nostrum negotium, eo maior debet esse solicitude nostra. Hæc S. Ambrosius, quæ confirmantur sententia illa Saluatoris, *h. melius si ad vitā ingredi cum uno oculo, quām duos oculos habentes, mitti in gehennā ignis:* significans melius tibi esse, animā tuam in humili Statu & laborioso saluare; quam in honorato, tuo quoque palato valde arridente damnari. Perpende itaque, omnes Status & Officia huius vitæ cum morte finiri, post quam alios duos incipere Status æternos: alterum infinitis bonis in *cælo*, alterum infinitis malis in *inferno* refertum. Illa autem optima erit electio, qua eū Statum & Officium temporale in hac vita eliges, quod magis te iuuet ad impenetrandum felicissimum Statum æternum, & euadenduim eius contrarium. Quod tamen non impedit, quo minus in secundo loco possis, ac debeas commoda temporalia fortunarum, honoris, & quietis perpendere, in eo gradu, qui expedit ad vitam transigendam iuxta tuæ personæ qualitatem.

DENIQUE, ut electionem tuam hac via concludas, postquam bene penderis dotes tuas, quoad propensionem, complexionem, vires & talenta naturalia, vel acquisita; commoda item, damnaque spiritualia, ac temporalia, in ordine ad finem tuæ salutis præcipuum: oportet in una bilance com-

*Excommunicati co-gentes ad statum al-terutrum.  
Seff. 25. de  
Regular. &  
Monial. c. 18  
Seff. 24. de  
Adatram. c. 9*

*Futura præ-sentibus preponenda.  
“  
“  
“  
“  
“  
“  
“  
“  
“  
“  
“  
h. Matt. 18. 9*

4.

Commoda  
& damna  
consideran-  
da.

Consideran-  
di effectus  
inspiratio-  
num.

Tract. I. c.  
24.

Tutoria se-  
cunda.

3.  
Consiliariis.

a Deut. 17. 8.  
Liber Sacer-  
dotis

moda, in alia verò dāna & pericula ponere; & attendere, quò incliner mō-  
tū rationis fide illustrat̄: & quod hæc iudicauerit, maximē esse diuinā vo-  
luntati conforme, tuæq; saluti magis expediens: illud scies tibi esse eligendū.

Ad idem etiam iuuεrit, vt, dum consideras rationes & conuenientiam, aut dānum Status & Officij, de quo agitur; simul obserues sensa & affe-  
ctus, quos illæ efficiunt in corde tuo: idque propter vim, quam habent ra-  
tiones apud hominem, non subiectum alicui passiōni, & resignatum ad  
permouendam, & post se trahendam voluntatem, recurrendo simul ad gra-  
tiam diuinam, quæ sanctis suis inspirationibus in tali occasione solet illam  
mouere. Illæ verò rationes merito sunt præferendæ, quæ producunt effe-  
ctus diuinæ inspirationis proprios, qualis est *pax conscientiæ*, lætitia spiritu-  
ualis, cordis impulsus, fiducia in Deum, quod in tali Status & Officio cum  
maiori fructu vires: sequens in hoc, & seruans documenta, quæ in Duce  
spirituali sunt posita. Hoc solū nunc addo: quando Status & officiū pericula  
habent, & occasionses annexas ad lapsum in peccata, fortioribus rationibus  
opus esse, & clarioribus indicijs voluntatis Dei ad illud eligendum. Contra  
verò, quando Status perfectus est & securus, pauciores rationes sufficiunt.  
Ac proinde (quemadmodum S. noster Pater Ignatius dicere solebat) mul-  
tò pluribus rationibus opus esse ad persuadendum nobis, esse Dei volunta-  
tem, vt maneamus in mundo cum diuitijs, delicij, & honoribus, obser-  
uantes solū diuina præcepta: quād ad deserendum mundum, & nos ip-  
sos ad consilia etiam seruanda offerendos: nam ad hoc secundum habe-  
mus multa generalia testimonia, & signa voluntatis Christi Domini nostri,  
quibus in suo Euangelio nos ad id hortatur. Quare nullus, qui in his dubijs  
versatur, debet absque grauium rationum fundamento credere, sibi in par-  
ticulari magis expedire, in mundo remanere; & voluntatem Dei esse, vt  
Statum ex se magis periculosum eligat.

### §. 2. Quodnam consilium & à quibus accipiendum.

**P**RÆDICATÆ omnes diligentia non sunt adeò sufficietes ad re-  
tiam electionem faciendam, vt non opus habeant auxilijs, ac directi-  
one Sanctorum, prudentum, & benè expertorum consiliariorum: & illi  
sunt tertium medium, ac instrumentum prouidentiæ diuinæ, ad volunta-  
tem Dei nobis manifestandam, circa illud punctum, de quo illos consuli-  
mus. Placetque ipsi Deo, quod in rebus adeò graibus, tantique momenti  
non ducamus à nostro solo iudicio; sed eorum potius, quos ipse in sua Ec-  
clesia posuit, adducendos ac dirigendos alios: si enim olim iubebat Deus  
Israelitas, aī difficile ambiguum apud ipsos esset iudicium, ascendere, & venire ad  
Sacerdotes, certosque illos faciebat se per eos indicaturum iudicium veritatem,  
quam scire cupiebant: multò certius est, ipsum per sacerdotes & mini-

stros